# Nicolaus Franciscus
# Iacobelli de Ciccarello

*6*

Basilicata University Press
–
*Digital Humanities*
Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Nicolaus Franciscus
Iacobelli de Ciccarello

*6*

1448-07-16

† In nomine Dei eterni et salvatoris domini nostri Iehsu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo quadragesimoctavo. Regnante … Alfonso Dei gratia... rege Aragonum, Trinacrie, Valentie, Maioricarum, Sardenie et Corsice, nec non Hungarie, Ierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rome, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rege, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis et Barchinone comite, duce Athenarum et Neopatrie et Rossulionis et Ceritanie comite, regni … huius Sicilie citra farum dominii sui anno quartodecimo, … dominante quoque in principatu Tarenti, comitatu Licii et civitatis Mathere … Iohanne Antonio de Baucio de Ursinis, principe Tarenti et regni Sicilie magno comestabulo etc.; mense Iulii, die sextodecimo eiusdem, undecime indictionis, Mathere.

Nos Nicolaus Franciscus Iacobelli de Cittarello de Matera, annalis ipsius civitatis iudex, Antonellus domini Guilielmi de Moromilis de Montemurro, de eadem civitate, publicus ubilibet per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius, dompnus Antonius de Banusella, dompnus Antonius Donati magistri Gregorii, Iohannes de Archiepiscopo, Nicolaus Petri Simiti, Salapthia et magister Paulus de Scutellis, testes... de eadem civitate Mathere,... fatemur... quod... constitutis... dompno Eustasio Niti magistri Lilli, de eadem civitate,... procurator... ecclesie sancte Marie Nove de Mathera,... et dompno Luca Iacobi de Rosito, de eadem civitate,... prefatus... dompnus Eustasius... consentiens... in nos iudicem et notarium tamquam in suos, // cum sciret... nos iudicem et notarium suos non esse, ex legitima generali consuetudine regni Sicilie qua tenetur ut in contractibus ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum

consensibiles layci, seculares iudex, notarius et testes valeant adhiberi,... locavit et concessit imperpetuum... eidem dompno Luce,... domum sive griptam unam cum platea ante ipsam... in Saxo Barisano civitatis Mathere, in pictagio sancti Petri, iuxta griptam Metucie abbatis Luce, iuxta griptam heredum Iohannis de Santoro,... sub annuo redditu sive censu tarenorum duorum... Et voluerunt... partes ipse quod de premissis fiat unum vel duo consimilia instrumenta, semel, bis et quotiens opus fuerit ad consilium et laudum sapientium, veritatis tamen substantia non mutata... presens autem instrumentum factum est ad preces et rogata... dicti dompni Luce...

1

2

3

4

5

Quod scripsi ego prefatus Antonellus... notarius... † Ego Nicolaus Franciscus Iacobelli de Ciccarello de Mathera qui supra annalis ipsius civitatis iudex me subscripsy † Ego dompnus Antonius de Banusella qui supra testis me subscrissi † Signum crucis proprie manus mei Iohannis de Archiepiscopo qui supra testis scribere nesientis † Signum crucis proprie manus mei Nicolai Petri Siniti qui

*Nella sottoscrizione è detto* Ciccarello
*Nell'interlineo, sui tre punti, si può leggere una* F *maiuscola*
*Cattiva lettura per* Viti
Egli rappresentò il monastero anche in altre due occasioni nel 1458 e nel 1459 (Panarelli, *Il fondo Annunziata*, pp. 74-81) a testimonianza di un rapporto solido e duraturo nel tempo.
-um *sovrascritto*

supra testis scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mei Salapthie qui supra testis scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mei magistri Pauli de Scutellis qui supra testis scribere nescientis // † Ego dompnus Antonius Donati magistri Gregorii testis me subscripsi